



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

III. Qualiter semetipsum palæstra virtutum exercuit & subditis & cæteris  
harum exemplar demonstrauit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

## II.

Successit igitur in tam perspicaci puero felix adolescentia, & incrementa temporum florent incremento virtutum; & præuenit virum maturitas morum, nam collactanea teneritudinis eius prudentia facile suadet iuueni rationis pondere, transitorium omne quam fuisse leue. Vnde factū est, vt nec ad spem & gaudia mundi inclinaret oculum, tristitiam quoq; vel metum nullius haberet pensi. Quare fuit & in correctione amicorum liber animus, dulcis exhortatio, moderata locutio. Tum præterea pretium cordis, commédat pulchritudo corporis, & suauissima dona sapientia præbuit ex honestissimo ferculo. His ornamenti conspicuus, per Ecclesiasticos gradus ascendens vir Dei, post dilectionem meruit reverentiam, donec disponente Dño, consensu cunctorū, morum custos & exemplum vitæ ordinatur Ep̄s.

## III.

Disposita verò in sublimi lucerna, quibus radiis effulserit, qua serenitate patriā illustrauerit, omni orationi materiam dabit. Igitur & quis erga scipium, deinde qualis ad subditos, & ad ceteros fuerit proloquamur. Duplicem custodiam corpori, duplē menti dispositus. Nam ne lex corporis eneruaret legē mentis, & plena voluptas exhauriret vberatatem cordis, continuo iejuniorum & vigiliarum præsulatu præuidit. Porrò lectionis & orationis vicaria successionē, & expatiantis animi discursus inhibuit, & suggestionis aduersæ militiam exclusit; & inter agendum quid, solennis ei semper ad utrumque fuit opus psalmodiæ dilecta materia, sane singularis pauperum thesaurus, pupillorum pater, refocillatio senum, viduarum vnicus, desperatorum spes, medicina languentium, miserorum confugium, sic hospitalis, vt neque manum à munere domus exhausta retraheret,

neq;

neq; frequentia frontem rugaret; dum venientibus & animæ delicias assatim, & naturæ debita præberet. Ad excubias commissi gregis peruigili sollicitudine porrectus, aditum tetræ rapacitatis ita pastoralibus armis obsedit, ut per vicos singulasq; domos fidelium cœlestis discutitus sideris tenebras reuerberaret & erroris.

## IV.

Nullus erat locustam vilis, nulla persona tam humilis, quo cum non declinaret salus animarum, redimente tempus ne ad horreum domini vacuuus rediret. Sufficeret hoc quibusdam non immerito, si circumscriptum sibi terminum cultura sacerdotali tam diligenter ambiret, verum illi tanta sedulitas dominicæ messis inat sit, ut adiacentes GALLORVM aliarumq; gentium prouincias ad littus solide conuersationis hamo Petri attraheret. Quapropter frequentabant fedem eius religiosæ simul & indifferentes personæ complures, quas odor aromatur eius à remotioribus locis adduxit, quibus fidelis dispensator ad mensuram cuiusq; depositum suum prudenter distribuit, ut non minus de illo quam de aliis apostolicis viris dici posset illud psalmi: Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ. Nam candens amoris igne superni dum in colligendis animabus singulis paniculatem fructus ad magnitudinem voluntatis excreuisse non cerneret, & indignatio secum reputantis studio suo nullius momenti donaret pretium, inter angustias disceptantis conscientiæ perlatum est ad eum, AVARES, quos alijs nominibus HVNOS & VNGROS appellamus, Pannoniæ incolatu idolatriæ squalere veterno, & in luce multarum id locorum gentium, hanc solem veritatis diem nō habere. His auditis tanto compassus animarum dispendio, ægritudinem cordis spe recuperandæ gentis interdum leniuit, interdum difficultates itiner-

Psalm. 76.

EUM,